

*Ornithogalum umbellatum* habet stamina omnia integra, sed tria alterna latiora.

*Selinum pumilum* Cl. cujus pulcherrimum specimen misisti, est omnino *Selinum pumilum* Syst. nat. 962. n. A.

*Cancer parasiticus* est profecto rarissima species. Tua autoritate eam inseram systemati, cum pulcherrime delineata sit.

*Vulturis Harpyjae* egregiam communicasti historiam.

*Vultur atèr 4* egregie delineatus, modo satis distinctus a peremtore.

*Psittacus 5* forte hybridus e Macao et Ararauna.

*Scolopax 9* anne *Scolopax 2* mea Syst. nat. 145.

*Crax* omnis, an omnis gaudeat cera flava.

*Animal 10* ex Tua descriptione videtur mihi proxime accedere ad Lemurem Cattam, sed specie diversam ex colore judico.

*Cherleriae* egregium misisti specimen, utinam semina ejus germinarent.

Magnes iste Tuus videtur fuisse *Tophus*, qui solet respuere magnetem, eoque rarior.

*Orobium angustifolium* numquam habui in horto, uti nec *Betonicam hirtam* per multos annos, antequam hoc ipso, sed nondum floret, mittam si semina proferat.

*Aegopodium* et *Carum* festinans non distinxi, sed in nova editione distinctionem dabo.

*Kiggelariam* numquam habui in hortis nostratibus, nec vidi feminam exsiccata, nisi semel.

*Euphorbia 2*. EVPHORBIA (epithymoides) umbella quinquefida bifida, involuclis ovalibus, foliis lanceolatis obtusis, subtus villosis. Peplios altera species C. B. 292. *Tithymalus epithymi* fructu Col. ecphr. 1. p. 52. t. 51. proxime accedit et in multis ad *Euph. dulcem*, at fructus setis magis elongatis muricatus. De Columnae planta dubium esse nequit, quin sit cum Tua eadem.

*Euphorb. 1*. valde singularis, si semper sistat in quoli-